

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

131. An igitur per dispensationem Episcopi, aut saltem consuetudine,  
potissimum immemoriali, induci possit, ut quis in eadem Ecclesia habeat  
duo pariformia simplicia, v. g. duos simplices ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

**Sec<sup>t</sup>io I. Caput II.**

58

quibus locis principalem dignitatem obtinens habet duas præbendas, vel duplice portionem Canonicalem, una non est propriæ Canonicalis; sed habetur solum pro quodam jure & beneficio temporali. Quin & ut de suo addit Garc. n. 203. neutra illarum sit præbenda propriæ Canonicalis; nec conferunt duplex titulus beneficii, sed unus, nempe ipsius dignitatis cum dupli reditu, præbenda, seu portione temporali, quæ dein exemplificat n. 213. & 214,

**Quæstio 131.** Num igitur per dispensationem Episcopi, aut saltem consuetudine, potissimum immemoriali, induci possit, ut quis in eadem Ecclesia habeat duo pariformia simplicia, v. g. duos simples Canonizatus seu præbendas?

**R**espondeo negativè. Garc. loc. cit. n. 124. citans Lambert, de jure patr. l. 2. p. 1. a. 50. q. 6. Hojed. p. 1. c. 20. n. 3. &c. Pirk. de præb. n. 141. Garc. n. 184. uti & Pirk. exp̄lē loquens & consuetudine immemoriali, & citans protho gl. in c. literas, de concess. præb. ubi sit; quod talis consuetudo magis censenda sit corruptela, cum quot præbenda sunt in Ecclesia, tot Canonici sunt constituti. Abb. in cit. c. literas. n. 2. & AA. communiter: item Gomes. de expectativ. n. 44. Duenn. reg. 71. n. 5. &c. consuetudo siquidem talis, que ex radice ambitionis procedere solet, tendit in diminutionem cultus divini, præbetque occasione, negligendi administrationem rerum Ecclesiasticarum, a deoq[ue] tendit in grave detrimentum Ecclesie. Pirk. loc. cit.

**Quæstio 132.** An, & qualiter vacet præhabitus, etiam simplex ad obtentionem alterius uniformis in eadem Ecclesia?

**R**espondeo vacare ipso jure. Castrop. tr. 13. de benef. d. 6. p. 3. §. 6. n. 5. Azor. loc. cit. q. 3. citans Cardin. Abb. in cit. c. literas. Lamb. p. 1. l. 2. q. 7. n. 1. Rebuff. in concord. Rubric. de mandat. Apof. §. 1. Garc. n. 182. dicens ipso jure vacare, etiam jure antiquo, iuxta c. literas. Clem. ult. de præb. c. 1. de consuet. in 6. & citans quamplur. Parif. l. 3. q. 1. n. 121. cum communī. Quia, esto, ex munere & residentia sunt compatibilis; atamen quia jure ipso mutuo se excludunt ex cit. c. literas. & clem. fin. ipso jure sunt incompatibilis, & obstante secundo vacat primum ipso jure. Castrop. loc. cit. quin & si utrumque retinere præsumptis, vacat utrumque ipso jure ex decreto Trid. sess. 7. c. 4. Castrop. loc. cit.

**Quæstio 133.** In specie an, & qualiter dua Capellania in eadem Ecclesia carentur uniformia & incompatibilitas beneficia?

**R**espondeo: duo altaria in eadem Ecclesia, quæ dantur in titulum, seu duas Capellaniae sub eodem testo esse beneficia incompatibilis tanquam uniformia, & non posse simul teneri absque dispensatione Papa, & per affectionem secundi vacare primum, tenet Garc. cit. c. 5. n. 221. citans Dominic. in c. 1. de consuetud. in 6. n. 34. & Franc. ibid. n. 8. Fuit a visitatione. l. 2. c. 11. n. 9. (qui etiam ait, non posse in eo dispensare Episcopum, & procedere in hoc casu Trid. sess. 7. c. 4.) & plures Rotæ decisiones in Toletan. Capellania, quas fūsē re-

citat à num. 222. tradit nihilominus in contrarium Nav. conf. 16. & 22. de præb. duo altaria seu Capellaniae in duobus altaribus ejusdem Ecclesie, quamvis uno codemque generali nomine Capellaniae dicantur, non esse tamen recipia beneficia uniformia ad effectum incompatibilitatis, si habent diversa & separata onera & munia, v. g. ut in uno altari in septimana bis celebret, & in altero ter alii diebus: secūs si institutæ ad unum eundemque famem, ad eadem onera, munia seu officia, & unam congregationem. Navarrum sequuntur Castrop. loc. cit. n. 5. Mand. designat gratia. tit. de dispens. ad beneficia sub eodem testo v. ad duo. Zerol. in pr. Ep. p. 2. v. beneficium. §. 13. Zechus. de rep. Eccles. c. de beneficiis. n. 4. & de beneficis & pensionibus. c. 5. n. 4. Prosper de Augustin. &c. quos citat Garc. n. 215, sequitur item Gouz. gl. 10. n. 34. & hanc Navarri sententiam probabilem esse, idque saltem licitum esse, si consuetudo sit recepta, ut unus Capellanus duas hujusmodi Capellaniae in eadem Ecclesia habeat, quarum altera non est sufficiens ad sustentationem Capellaniæ; & sic posse etiam rectorem seu Parochum alicuius Ecclesie præter Rectoriam suam, seu beneficium curatum simul retinere Capellaniæ in eadem Ecclesia existentem, ait Pirk. de præb. n. 138. causa Laym. Theol. mor. trah. 2. c. 8. n. 7. &c. eundem Nav. conf. 16. n. 1. qui etiam consuetudine præb. n. 2. addat, quod vi consuetudinis immemorialis possit quis etiam tales Capellaniae in eadem Ecclesia retinere unam cum dignitate vel officio, quod obtinet; si dignitas vel officium illud non sit sufficiens ad decentem sustentationem, quin & Garc. ipso n. 226. ait hanc Navarri sententiam videtur servari in aliquibus Hispaniæ partibus, præsertim in Episcopatu Abulensi, dum obtinentur sepe ab uno duæ tales Capellaniae in eadem Ecclesia sine Papa, imo etiam sine Episcopo dispensatio. Et ut ait num. 228. quamvis stante, quod siut beneficia uniformia, consuetudo in contrarium non erit habenda in consideratione, ut nec dispensatio Episcopi, sicut nec Nunciū, urpate qui contra Concilia & Canones dispensare non potest; verum tamen, ut ait n. 229. cum non sit jus clarum, esse beneficia uniformia, consuetudo tendit in eadem Ecclesia duas hujusmodi Capellaniae sine dispensatione Ordinarii vel Nunciū, videtur tolerabilis etiam post Trid. ubi illud quod hoc non est receperit.

**Quæstio 134.** An pari modo, quo dictum de duobus beneficiis uniformibus, etiam incompatibilitas sint disformia, v. g. dignitas & Canonizatus, beneficium curatum & simplex, Canonizatus & Capellania in eadem Ecclesia, seu sub eodem testo; vacante eorum præhabitu ipso jure obtentionem secundi?

**I.** **R**espondeo primò: non convenire in hoc AA. nam primò: quoad hoc esse paritatem quod nimirum jura vetent habere duo etiam disformia sub eodem testo; dum loquuntur generatim: ne quis habeat duo beneficia in eadem Ecclesia, tenet Innoc. in c. cum jam dudum. de præb. gl. in c. datum. 2. de elect. Mand. de signat. gratia. tit. de dispensat. benef. sub eod. test. apud Azor. p. 2. l. 6. c. 11. q. 2. qui dicit hanc sententiam esse probabilem oppositā. Eandem sententiam tenet Hojed. p. 2. c. 20. n. 25. hisque decisum esse à Rotæ restitutus Puteus & Achill.